

OPERIS DICATIO ET TOMI

AD IVLIVM II. VRBIS

ROMAE EPISCOPVM SANCTIS. SVMVM QVE
Pontificem R. Volaterrani Proœmium.



ES ORBIS Platonicum ferè illud, sed informe Pandocheū, ex mille penè utriusq; lingua uoluminibus quoēnq; modo constipatas Beatissime Papa luli, quādo his dei prouidentia præsidet in humani generis fastigio cōstitutus: ac eas in urbe tua cōscriptis, iure tibi cognoscēdas misi: cui trita iam scriptorum orbis protinus loco præfationis encomiū facere per tuam naturam non licuit, quæ nihil habet sanctius, quam hoc totum genus respuere: nihil uero magnificentius, quam libertatē omnibus concedere, quam proximis annis exulantem, nūc tandem reducem fuisse, Roma simul cū patribus ac populo gauisa est, ac uestem, quam ob filiorū tot cædes orbata mutauerat, pristinā quoq; recuperauit hilaritatē. Ex quo etiam contigit, ut meus hic labor solitus omni metu tuis nūc prodeat auspicijs: qui si quam est hominibus adlaturus utilitatē, id auctori omniū deo optimo maximo, qui nos idoneos facit, tum multorum ingenij, qui hanc corniculam decoraerunt, referendū: si uero quicquā desiderabitur, meae tenuitati. Nam cum in altum inprudēter ingressus maria undiq; & undiq; cœlum circūspicerem, audaciā meā incusaui, qui repugnante Minerua oram soluisse: durandū tamen quando cœperam par animo potius q̄ uiribus censui. Quippe cum meū ipse cogitarem, quantū ex uniuersali historia, rerumq; uariarū cognitione sacrostanta ecclesia, ac mens illustretur humana, satius his, q̄ lyricis, aut inutilibus lectionibus animū (quo nihil diuinius in terris possidemus) adplicare sum arbitratus. Enī uero non solum bonorū, sed improborū exempla mentem admonent sapientum, ut ex illorum ruina ac fine infausto cautores se præbeant ad euitandum quod minime legētes probaverint. Felix profecto disciplina quæ alienis ediscitur periculis. Ade, quod in rebus publicis ac priuatis, & ad cōsulendum & deliberandum, tempestiuus contingit. Cæca sine dubio mortalium uita sine rerum præteritarū memoria: quas qui probe tenuerit, priorum quoq; uitam se uixisse poterit existimare. Id autē iure meo adfirmauerim, in hac tam uaria cum principum uirorum censura, q̄um rerum componendarum dissidentia, ubi præterire quicquā indiligentis, omnia cōsectari difficultimum, iudicare periculosem est uisum: ita sum conatus, ut ingenio fidem, prudētię libertatem adficerem, ac nemo meum nisi ambitiosus expostulet officium. Enī uero singula numerosus alibi, hic aceruatim omnia uidere commodius licet. Qualiacunq; igitur haec candidis ante omnes ad bene beateq; uiuēdum edidi parata documenta, curiosis ingenij pabulum: Aristarchis autem interpolandi curam ac diligētiā, ut quæ opica lingua meo more exasciaui, ipsi Romana quandoq; dolent. Nam & Antigenides musicus dulcius ad populum canere suos discipulos putabat, si mali prius audiretur. Sic malis æque ac bonis debent scriptoribus literæ, si per malos boni excitati gratiores fuerint.

R. VOLATERRANI COMMENTARIORVM VRBANORVM LIBER PRIMVS.



IBR̄I XXXVIII. tribus conscripti sunt tomis. Primus Geographiā ueterem continet ad insequētum temporū indicaturam interpolatam, ac diuisam in cōmentarios XI. cum breuiario antiquæ recentisq; historiæ uniuersi orbis prouinciatim descriptæ.

Lib. II

Segmentorum cœlestiū brevis explicatio. Ratio gnomonis & umbra rum ex Plinio & Ptolæmeo. Abacus ad deprehendendā nobiliū locorū Longitudinem & latitudinē. Prouinciarum principia, media & fines. De Pericēcis, Antēcis, Antichthonib⁹, Periscis, Amphiscis, Heteroscis, Antiscis. Quātum orbis habitetur, & eius generatim dimensio Hispaniæ omnis enarratio cum locis & gestis in ea Gothorum, Saracenorū, Hispanorumq; regum.

Lib. III

De Gallia

LIBRI ET IN EIS CONTENTA

- De Gallia uniuersa. Deinde Britannia cum locis, regibus, ac gestis earum. Lib. I II I
 De Italia eiusq; populis Liguribus. Subalpinis, Trāspadanis, Venetia, Istria, Venetorumq; rebus. De Gallia togata urbibusq; & familijs omnium. Lib. V
 De Hetruria populisq; & gestis in ea. Lib. VI
 De Latini, Equis, Volscis, Hernicis, quomodo antiquitus diuisi, quomodo mutati. Præterea latij, urbisq; Romæ origo, ueteraq; ædificia. De Picentibus, Sánitibus, Ausonijs, Arun-
 cis, Sidicinjs, Hirpinis, Ferentanis, Præcutinjs, Amiternis. De Campania, Picentinis, Lu-
 canis, Brutis, Ispygia, Messapia, Peucetia, Daunia, Salétinis. De Insulis Tyrrheni maris. De Sicilia omniq; eius uictestate ac regum successione cum rebus gestis. Lib. VII
 De Germania omni. De Lōgobardis eorūq; regibus & gestis. De Marcomannis, Cattis,
 Bohemis & Polonis, deq; regibus & gestis eorū. De Sarmatia europea. De Roxolanis. De Taurica Chersonneso. De Tartaris. Vandalis, eorumq; gestis ac regibus. De Sarmatia Asia
 tica. De Hunnorum Turcarumq; gestis & regibus. Lib. VIII
 Illyrici totius descriptio. De Pannonia regibusq; ipsius, Hunnorumq; ac Tartarorum in
 ea gestis. De Dacia. De Iazigibus. De Mœsia utraq; Dardania. De Thracia, de Macedonia
 Pœonia, Pelagonia, Pieria, Edonia. Lib. IX
 De Thessalia. De Epiro, Acarnania, Aetolia, Locresibus, Phocensibus, Bœotia, Attica, Pe-
 loponesi regionibus viii. Goronthia, Syconia, Achaia, Elide, Messania, Laconica, Argo, Ar-
 cadia. De Insulis Ionij, Aegaei maris, inter quas cōtinentur Cyclades, Sporades, Hellepon-
 tus, Propötis, Bosphorus, Euxinus, Eubœa, Creta, Rhodus, Cyprus, cum singularum locis,
 æquoribus, regibus, & gestis. Lib. X
 Asia, Tauriq; montis descriptio. De Chersoneso magna, in qua Asia minor, Pontus, Ga-
 latia, Cappadocia, Armenia minor, Bithynia duæ, Mysia duæ, Phrygia duæ, Epictetus, Aeo-
 lia, Ionia, Lydia, Caria, Pamphylia, Cilicia: deq; locis, regibus, & historijs ipsorū. Lib. XI
 Syriæ latissima regio, in qua Phœnicia, Cœlosyria, Palæstina, Ierusalem, Iudæa, in qua Hier-
 osolyma, eiusq; urbis profana & sacra ab initio repetita cum omni Iudaorum historia. De
 sectis Syriæ. De Mesopotamia. De Babylonia, Assyria, Adiabena. Lib. XII
 De Persia, Parthia, Media, Armenia maiore, Colchide, Iberia, Albania, Hircania, Margia-
 na, Baetriana, Sogdiana. De Scythia ultra & citra Imau. De Seribus. De Arabia triplici, Pe-
 trea, deserta, & felici. De Saracenis & Mahumethis uita & secta. De Africa & eius p̄uincij. Ma-
 uritania duplci, Numidia, Cyrenaica, Marmarica, Libya, Nasamonibus, Psyllis. De
 Aegypti locis ac regibus uniuersis. De Aethiopibus multiplicibus. Sub Aegypto occidentalib-
 us Nigris, Macrobijs, Troglodytis. Postremo de insulis nuper repertis ab Hispaniarū re-
 gibus. Vsq; XXI inclusue.
- S**ECUNDVS Tomus Anthropologiam habet hominum clarorū omnium tem-
 porum, linguarum, gentium libris ix. Equibus octo ueteres comprehendunt. In
 uno autem hoc est xxi. Neoterici scribuntur, qui proximis seculis claruerunt, ac an-
 te omnis ordinum & religionum institutores primi. Deinde corū professores ac
 successores qui doctrina sanctitateq; præcellunt. Deq; operibus eorum. Post hos de reliquis
 qui cæteris in artibus proxime emicuerunt, ac primū in oratoria & poëtica. Demum qui in
 matheſi & iuris scientia profecerunt, scriptitaruntq;. Reliquis autem duobus libris Pontifi-
 ces. Deinde Imperatores Romani.
- E**RTIVS Tomus Philologiam continet, id est, uariarum artium rudimenta lib-
 ris xv. qui sequuntur. Lib. X X I I I
 De animalibus, ac primū de homine singulisq; eius membris & morbis. De
 partitione totius medicinae, & his quæ pertinent ad ualeitudinem. De Pharmacorum
 generibus. De alimentis, excrementis, somno, uitæq; tempore. Lib. X X V
 De reliquis animalibus in uniuersum. Deinde sigillatim de omnibus quadrupedibus, uo-
 lucibus, piscibus, insectis, auarijs, piscinjs, uiuarijs. Lib. X X VI
 De ratione & causis plantarum ex Aristotele. De ipsarum diuisione ex Theophrasto. De
 arboribus, fructibusq;. Herbis hortensisibus, coronamentis, unguentis. De simplicium natu-
 ra in uniuersum. Prognostica tempestatum. Lib. X X V I I
 De metallicis. De pigmentis. De lapidibus. De gemmis ac statuis. De ædificijs ueterū & no-
 uorum. Architecturæ brevis diuisione. De partibus ædificiorū. De architectis & operibus no-
 bilibus.

LIBRI ET IN EIS CONTENTA

bilibus. De Serico, purpura,occo,byssō,bombycinis,setabo,cotonō. De uestibus omnis generis & sexus. De uarietate stragulorum & pellum. Lib. XXVIII

De honesto & eius partibus, ac primum de Prudentia. Apophthegmata sapiētū Græce Latinęq; scripta. De noscēdo scipsum. De imprudētia locutionis. De Parasitis. Dicta contra parasitos, & adsentatores. De ueritate. De Ironia, & iactātia officiosa. De loquendi libertate. De taciturnitate. De stultitia. Lib. XXIX

De iustitia. Quod animaduersio necessaria. Difficultas in seruanda iustitia. Quomodo seruabitur. De referenda gratia. De legislatoribus ac legibus. De legibus Platonis. Quod ante omnia preces ad deum necessariae. Quomodo aut quid orandum. De celebritatibus antiquorum sacrorū, conuiuiorum, ludorum. De ludo diuerso. De magistratibus Græcorum ac Romanorum. Lib. XXX

De principe præcepta nobiliū authorū. De tyrannide ex Xenophonte. De his qui contra tyrannos coniurāt. De re militari, ac primū de officio ducis ex Xenophonte. Dicta ducum. Parallelia stratagemata. Mos antiquae militiae. De disciplina ac pœnis militaribus. De celeritate in bellis, de ordinibus & militū exercitatione. De signis tropaīs & triumphis. De castris metādis. De magnis expeditionibus, de machinis bellīcīs. De nūmis & mensuris ueterū. De nominibus. De fortuna cōplura. De Pronœa: de diuinatione: de cōiugio, & in eo ueterum ritus. Contra coniugīū: pro coniugio: de moribus mulierum. An dūcere præstet. Ex liberis bona malaq;. De parentibus erga liberos. De seruis commoda & incommoda. Quomodo trāstanti. De patriæ charitate. De felicitate opiniones. De uera felicitate. Lib. XXXI

De laudibus laboris. De ocio. Quid ab eo retrahit, quidue iudicat. De solitudine. De tēpore & occasione. De ira eiusq; remedijs. Exempla mansuetudinis & patiētiae. De ira officiosa. De inuidia eiusq; remedio. De dolore. De doloris necessitate & remedio. De morte, quod bonis minime expauescenda. De uitæ fragilitate: & defunctorum memoria ueneranda. De modo funerandi: de cura sepulchri & laudandis defunctis. Lib. XXXII

De modestia Græcorum dicta. Exempla modestiae. De uerecūdia. De his qui bene coeperrunt & male finierunt: ac contra. De amore impudico & pudico. Contra diuitias Græcorum dicta. Quomodo utēdæ diuitiae. De paupertate. Cōparatio utriusq; ex Xenophonte C. otra auaritiam Græcorū dicta. De mensis ac cibis: deq; his quæ ad ea pertinēt: & quis prisorum cibus. De conuiuijs: de tempore & adpositis mensæ: de mensarum sumptu & polyphagia: de sumptibus alijs. Dicta cōtra prodigos & sumptuosos. De uino ac repertoribus eius: de uini parsimonia apud ueteres: de abstemijis: de uiris claris qui uino dediti fuere: de uini immodicii damnis: de moderati utilitate. Vina laudata ac factititia. De frugalitate & abstinentia dicta nobilium authorum. De risu & fletu. Lib. XXXIII

De scientijs cyclicis: & primum de grammatica. & de literis: de syllabis & pedibus: de diētione & accentibus: de oratione: de orthographia: de modo scribendi apud ueteres: de poetica: de poematis: de comediae ratione: de fabulis poeticis ex Hesiodi Theogonia, Homerōq;, ac alijs figillatim enarratis. Lib. XXXIV

De oratoriæ initio, fine, ac uiribus. De ipsius multiplici diuincione ex Aristotele, Hermogene, Cicerōe, Quintil. De elocutione & loquēdi generibus. De partibus elocutionis. De memoria. Adagia Græcorū græce latineq; scripta. Adagia latinorū & loci qdā. Lib. XXXV

De scientijs mathematicis: ac primum Arithmetica. De Harmoniacis. Adcommodatio Harmoniæ, humanae naturæ ac cœli rationibus. De instrumentis musicis: de saltationibus: de partibus Geometriæ: de proportione.

De optice & Catopticè: de Astrologiæ partibus, & cīculis cœlestibus: de Sole, de Luna: de reliquis planetis, sphæris, & phænomenis. Lib. XXXVI. XXXVII. XXXVIII

Reliqui tres libri Aristotelicis dicantur operibus: ubi singula eius uolumina delibantur.

Postremo Paralipomena, id est addita quædam prioribus libris ac retractata.